

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

III. Qui literas summi pontificis falsauit, in monasterium districtae religionis  
debet detrudi, officio & beneficio spoliatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

## C A P. III.

*Idem VVigorniensi & Norwicensi episcopis.*

Dicitur. In memoriam. De sacerdote qui literas nostras falsauit, quas tibi missus

discretioni vestrae, &c. ut si inueniri poterit, omni officio

sacerdotis, & beneficio ecclesiastico perpetuo priuatum,

Dicitur. Si quis episcopus. in aliquod monasterium districtae religionis detrudas: vt

ibitanti facinoris poenas luens, se taliter defleat commis-

se, & alii per hoc a similibus valeant deterri. Quod si ali-

quos de consimilibus comprehendere poteris, ipsos arcti-

fimae custodiae, sublato appellationis remedio, retrudas,

donec inde apostolicum suscepitis mandatum.

## C A P. IV.

*Idem Salernitano archiepiscopo. Pars capituli; Licet prater.*

Confessio- At si clerici coram iudice saeculari conuicti fuerint vel

nem coram confessi de criminе, non propter hoc ab episcopo suo ali-

seculari iu- qua sententia sunt condemnandi. Sicut enim sententia a

dice facta, non suo iudice lata non tenet, ita nec confessio coram

clericu- ipso facta. Si vero coram episcopo de criminе in iure sunt

confessi, seu legitima confessione conuicti, dummodo

facta, sint talia crimina, propter quæ suspendi debeant, vel de-

poni, non immerito sunt a suis ordinibus deponendi, & ab

prædi- altaris ministerio perpetuo remouendi. De adulteriis &

cate. aliis criminibus quæ minora sunt, potest episcopus cum

Circa cleri- suis clericis post peractam poenitentiam dispensare, vt in

cos adulte- suis ordinibus deferiant: sed non debet quemlibet depo-

ros epi- situm pro suis excessibus iudici tradere saeculari: quia suo

pum posse functus est officio, non debet eum dupli contritione

dispensare. conterere.

C A P. V. *Idem eidem in eadem epistola.*

Porro si clericus alicui sponte duellum obtulerit, vel si

oblatum suscepit, & victus fuerit siue victor, de rigore

iuris merito est deponendus. Sed quantumcumque eius

grauius in hac parte & enormis sit excessus, euadere potest

depositionis sententiam, si cum ipso suus episcopus miseri-

corditer duxerit dispensandum: dummodo ex illo duello

homicidium, vel diminutio membrorum non sit subse-

cuta.